

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De orthographia dictionum e Graecis tractarum**

**Johannes <Tortellius>**

**[Venedig], 12. Nov. 1484**

De aspiratione terminali

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

- I**nhibeo simili modo aspirationem mediam seruat.
- I**nhabilis eodem modo scribi habet.
- I**ncho hac ratione aspiratur in medio: ut secunda. *f.* uocalis per aspirationem auctiore & differenti spiritu a prima eiusdem speciei littera sonare uideatur: & licet in aliis temporibus & personis secunda uocalis in aliam commutetur: tamen ne a principali discrepent: aspirationem conseruant.
- I**nchoo cum aspiratione post. *c.* scribendum asserunt: alii ab ipso. *c.* amouentes: inter duo. *o.* collocant: ac inchoo scribunt.
- I**nhorreo aspiratur in medio: ut supra uidimus in abhorreo.
- L**achryma teste Gellio li. ii. noctium atticarum cum aspiratione post. *c.* scribitur: ex eadem ratione: quam diximus in dictione ahenum.
- M**ihi cum aspiratione in medio scribitur: nec ante aspirationem habet. *c.* consonantem: ut in antiquis marmoreis inscriptionibus romae aspeximus: nec ut puto cum sono eius consonantis proferebatur: sed cum ab incisiis quibusdam cum. *c.* littera ante aspirationem scribi coeptum fuerit: eius litterae sonum assumpsit: quem etiam ea dictione nunc quoque recte descripta conseruat. nam tunc quoque ut scribebatur: sic prolata sine. *c.* fuisse existimo: quod simile de nihil & nihilum puto. At nonnunquam a nostris mi unica syllaba absque sequenti aspirata scribitur: & profertur. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris: Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram: similiter Catullus: Lesbiam mi dicit semper male. idem alio in loco: Minister uetuli puer phaleri Inger mi calices amariore. Virgilius: Et mi genus ab Ioue summo. Quod ex graecorum imitatione profecisse puto: qui *uof* scribunt & dicunt: ita ut diphthongus ipsa *oi* in. *i.* nostrum sit conuersa: quae in. *ce.* conuertere debuit: & dici *moe*: quod teste Festo antiqui nostri obseruauerunt dicentes ac scribentes *moe* *cu3*. *ce.* diphthongo pro *mi*. Vnde in emendatissimo Gellio circa initium libri. xi. noctium atticarum scriptum reperiri ita *ce* cum. *ce.* diphthongo in fine pro itali.
- N**ihilum cum aspiratione media scribitur: a quo per apocopen extremae syllabae factum est nihil: & per syncope *am* nil. Quibus hoc modo teste Seruio super. vi. aeneidos in constructione utimur: ut si pars sequens orationis a uocali inchoet dicimus nihil: ut Virgilius:  
Heu nihil inuitis fas quenuquam fidere diuis. Si autem a consonante initium sumat nihil ponimus. ut Iuuenalis: Nil tale expectas: & tamen nil producit cum nihil corripitur.
- P**ulchrum cum aspiratione post. *c.* scribi consuevit: quae teste Seruio & Prisciano in dictionibus latinis regulariter post eam consonantem aspirationis nota nunquam scribatur.
- P**raehendo aspiratur in medio: ut secunda uocalis per aspirationem auctiore & differenti spiritu a prima eiusdem speciei littera sonare uideatur. Quod si quis quaerat cur in *Beem* *Creem* *Screem* & ceteris huiusmodi nota aspirationis non ponitur: respondemus: ne a principalibus discrepare uideantur. nam *Beo*: *Creo*: *Screo* aspiratione carent: quare & ceterae personae etiam si eiusdem speciei uocales habeant minime aspirantur.
- P**erhorreo in medio aspiratur: ut supra uidimus in dictione abhorreo.
- S**epulchre cum aspiratione media a plerisque scribitur: ut pulchre: de quo supra uidimus.
- T**raho cum. *t.* simplici & aspiratione ante. *o.* scribitur. idque fieri dicunt ut in secunda & tertia persona a uerbo differat *Traeo*: quod minime aspiratur: & ex trans & eo componitur. nam quemadmodum transpono cum. *ns.* & tra pono absque. *ns.* scribitur: & transduco ac traduco similiter: ita etiam transeo & traco ueteres protulerunt.
- V**chemens cum aspiratione media scribitur: & (ut aiunt) dictum quasi uehat eminenter. alii ob id quoque aspirari dicunt: ut augmento spiritus eadem uocales in eadem dictione proferantur: ut de praehendo diximus.

#### De aspiratione terminali.

Estat ut de terminali aspirationis nota aliqua pertractemus: quae sane in nullis dictionibus latinis reperitur: praeterquam in paucis interiectionibus: ut *Ah* *Vah* *Oh*: quae Prisciano teste per apocopen ultimae uocalis proferuntur. Quod similiter nec in dictionibus graecis comperiri libet. At in barbaris quibusdam post tres mutas terminalis habetur: uidelicet post. *c. p.* & *t.* ut Sadoch Ioseph Deleth. Et haec de aspiratione dicta sufficiant.

Dictionum graecarum & latinarum: quae scribuntur per. *h.* litteram tam in principio medio quam in fine orthographia finit: Incipit earum quae ab. *i.* uocali scribuntur.

**A** cum. *i.* latino scribitur: fuit minor Athlantis filia: de qua Homerus libro. xiiii. odyssae ait: *Τὴν μὲν Ἴανηίδην*: est etiam interieccio exultantis.

**I**achus cum. *i.* latino & *ch.* aspirato scribitur: nomen est Bacchi: quod deductum uolunt ab *ia*: hoc est eiusmodi uoce: & *χέων* hoc est fundens: quasi eiusmodi laticiae uoce clametur. alii uero componi uolunt ex *ἰβοσ* quod est uinum per abiectionem partis diphthongi: & commutationem aliarum litterarum in. *a.* uocalem: & *χέων* quod est fundens.